

Generalis Admonitio

Ex Aristot. l. 2. de Reprehens. Sophist. c. 7.
pag. m. 438.

Notandum, quasdam fallacias facile posse videri: quasdam vero difficulter percipi, adeo ut saepe homines perspicacissimi decipientur. Atque harum aliquot adfert Exempla hic loci *Philosophus*. ut: ἀνὴρ ἐφέρετο καλὰ οὐκίμανος, vir ferebatur in scalas. *Homonymia* est in voce ἐφέρετο, interdum significat ferebatur, portabatur: interdum suffurabatur, inde Φωρεῖς, eis, fur. Sic quidam ad Nautas: ὅπου σέλλεσθε; quo tenditis? Nautæ accipiebant de extenso velo, & πέδος πήνην κεραίαν, ad antennas, respondebant. Sic quidam empturus servum quærebat: an esset εὐαρχός, tractabilis, moriger, imperio parens, quiq[ue] se regi pateretur? respondet alter: & δῆτα, αλλ' Ἀπολλωνίδης, non, sed est Apollonides. Hoc enim servi nomen erat. Tum alter: talem servum mibi nolo. ἀπολλύω, perdo. Item, interrogabat: an Boreas esset ναζηεῖς, serenus, reddens aërem serenum? alter accipit pro puro, intemerato